ILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO

VIRO

# SAMVELI STRYKIO

Potentiſſimo Boruſſiæ Regi a conſiliis intimis, & reliqua

*Patrono obſeruantiſſime colendo*

*S. P. D.*

BVRCARD GOTTHELF STRUVE

INgratus eſſem, VIR EXCELLENTISSIME, ni vel quauis occaſione teſtarer, me Tibi multis nominibus eſſe deuinctiſſimum. Ab eo enim tempore, quo Tibi innoteſcere fortuna dedit, ita me excepiſti, vt dubium mihi eſſet, an doctrinam Tuam magis, an humanitatem admirarer. Nondum tria præterlapſa ſunt luſtra, cum iuſſu beati parentis in academiam Viadrinam me conferrem; vt Tua fruerer doctrina, quem fama dudum inter Iureconſultos Principes adſcripſerat. Litteras mecum ferebam, quibus me Tuæ curæ committebat beatus parens, quas tanta ſuauitate, me



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn336923740/9
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG